

gub



CARMINA GRATVLATORIA,

IN HONOREM
DOCTISSIMI VIRI DN.
GREGORII GVNTHERI TORGEN-
sis, cum ipsi à clarissimo & peritissi-
mo Medico Dn. D. IOANNE BOCKELIO,
Professore publico in inclyta Academia Iulia,
insignia Doctoris Medicinæ confer-
rentur,

21. Aprilis Anno 1589.

Scripta
AB AMICIS.



HELMSTADII
Excudebat Iacobus Lucius. Anno
M. D. LXXXIX.

1916.265

CAPMINA GRATULATORIA

IN HONOREM
DOCTISSIMI VIRI DR.
GREGORII CVNTHERI TORGEN-
sis, cum ipse a clarissimo, & perenni-
mo Medico DR. D. IOANNE BOCKELIO
Professore publico in iudicio Academiae Juliae
in signis Doctoris Medicinae confer-

at. Aprilis Anno 1729.

Scripta

AB AMICIS



HELMSTADT

Exemplar in der Bibliothek des Herrn

g. 6 1233



Phyllirides primus tristes depellere morbos
 Doctus, Apollineæ prætulit artis opus.
 Hūc primum petiere homines lethaliter ægri,
 Ac velut humanum consuluere Deum.
 Saucius hunc adiit crudeli corpus ab ictu,
 Huic sui monstrarunt vlcera cruda viri.
 Eminus aut saxo iaculouē volante petitus,
 Supplice Chironem voce poposcit opem.
 Frigoribus læsi, læsi feruoribus ignis
 Vnum Phylliriden consuluere senem.
 Omnes ille sua quos leniter arte leuabat,
 Miscendo facili pharmaca grata manu.
 Namq̄ alium coctis curare liquoribus herbæ
 Putrida membra alij scindere doctus erat,
 Aut vlcus ferro candente secare malignum,
 Aut alio corpus restituisse modo.
 Nec satis hoc, alijs artem monstrauit eandem,
 Iussit & Aony carpere gramen agri:
 Illi discipulus cum magno fortis Achille
 Alcidesq̄ fuit, Æsonidesq̄ fuit.
 Tunc erat in precio medicina, suoq̄ nitore,
 Cū reges ægris pharmaca sana darent.
 Tunc faciles docti valuere Machæonis artes,
 Cū regum soboles disceret istud opus.
 Dj tibi dent annos, tibi dent GVNTHERE salutem,
 Qui, quod regem olim, te decuisse putas.



Nam quamuis hodie tot sunt super orbe medentes,
Quot sunt morbi hominum, quot mala sunt hominum.
Nemo tamen veram didicisse fideliter artem
Expetit, excepto teq; tuiq; pare.
Tempus erit cum te studij tolerasse labores
Adiuuat, & multis utilis hic sit honor.
Quod reliquum est, precor omne tibi felicius omen,
Atq; salutiferas numine dante manus.

Nicodemus Frischlinus Med. D.
Comes Pal. Cæs. & P. L.

A L I V D.

Nuper Apollineã, Themidos meditabar & artẽ,
Mæstus vbi Elmanos expatiabar agros.
Alma Themis iuris suadebat inire recessus,
Nobilis inprimis idq; volebat honos.


Diuus Apollo truces morbos ostentat & agros,
Iactitat & tolli qua ratione queant.
Dum dubito malim fieri num diues an eger,
Quòd mala Apollo leuet, quòd Themis addat opes.
Ipsa suo vultu veniens Astræa ferebat,
Elige diuitias & benè sanus eris.
Quid iuuat æris, Apollo refert, te copia summa
Si malè sanus eris, si tibi morbus erit?
Posthabita Astræa repetas medicamina Phæbi,
Diuitiis sanum corpus & ante feras:
Et, citius poteris Clarios conscendere colles
Hoc tibi polliceor, polliceorq; magis.

Sit tibi.

Sit tibi *GVNTHERS* testis, qui carpit honores,
Quòd nostrum coluit Pieridumq; nemus,
Nec frustra summi voluit monumenta Galeni,
Sed fructum grandi fœnore reddit ager.
Iamq; scit humani naturam corporis omnem,
Et monstrat quo sit sana tuenda modo.
Morborumq; potest certas cognoscere causas,
Certaq; solerti pectore signa videt.
Nec conferre viro summos cunctabor honores,
Præmia pro tanto summa labore dabo.
Gratulor: accedat medicaminibusq; supremus,
His medicina tibi dulcior & melior.

M. Hermannus Plalsius.

A L I V D.

 Alue *Pæoniae* decus cateruæ
GVNTHERE optime, quem proba
bata nostris
Virtus, sedulitas, labor magistris
Ornabit titulis honoribusq;
Felix ingenij sagatoris
Dono, robore dote, flore, fructu,
Felix Castalias amans Camœnas
Felix *Pæonias* tenens latebras.
Tu mansura tibi tuæq; genti
Quæris nomina, & inter astra doctum
Insertas caput, eruditione,
Vita, moribus, æquitate, cultu.

A 3 Tu no

Tu nomen celebre inter ampla gestas
Tandem lumina ritè nunc medentùm,
Tu calles varios modos medendi,
Te Phœbus cupidum nimis beavit.
Est pectus niueum, fidesq; pura,
Est mens candida, candidiq; mores,
Est virtus grauis, equa, pulchra, constans,
Et Christo pietas amica summo.
Paucos dono tibi & rudeis Phaleucos
Scriptos rusticula satis Minerua,
Discessum inter & arduos labores,
Optans fausta tuis amice cæptis.
Hoc iussit pietas, amorq; verus,
Quo te plus redamo meis ocellis,
Mos iussit pius & receptus inter
Prisca relligione consodales.
Ergo consule quod tuæ dicatur
Virtuti, pietatis atq; amoris
O GVNTHERE mei perenne pignus,
Et me perge tuo fauore cæpto
Complecti, & velut hætenus fouere,
Sic te letitiaq; gaudioq;
Perfundat, medicam manum secundet
Æternusq; pater patrisq; natus,
Et patris sacra filijq; flamma,
Salue Pœonie decus cateruæ.

M. Iohannes Posselius Iunior.

Alind

ALIVD.

Nuper ut Elmanam cum forte perambulo syluam,
 Virgineam video Phæbo comitante cateruam,
 Gestantem manibus lauru viridante coronas:
 Ponè Deum sequitur cum maiestate Decanus
 Ianus Bökelius, quo vix præstantior alter
 Scire potestates herbarum artemq. medendi.
 Ille prior Phæbum tali sermone fatigat:
 Phæbe parens, artis decus indelebile nostræ,
 Ad te confugio supplex tua numina posco,
 Fac liceat nostra cuidam de gente corollas
 Nectere, quem pietas, virtus, candorq. venustus
 Commendat nobis. Contra sic fatur Apollo:
 Inclute Bökeli, nostri pars maxima ruris,
 Quam cupis eximio nostro conferre coronam
 Cultori, capias, nobis nam notus ab annis
 Est teneris, nostrum semperq. fideliter hortum
 Excoluit, tali hinc nostro mage dignus honore est.
 Dixit & è manibus Nympharumserta prehendens
 Bökelio confert, qui cras Gunthere meorum
 Intime amicorum, te tali dote beabit,
 Quod superest igitur dignos tibi grator honores
 Forte magis leto post annum grator amico
 Cum tibi nympha decens fuerit ducenda marito.

M. Cornelius Bökelius
 Oldenburgensis.

ALI-

A L I V D.



παιδαῖοι σοφίῃ ἢ ἴσῳ χράμματα
πάντες τοῖς ἀγαθοῖς θελούμενοι κέαρ
ζῶν Μῦσαις χαριέσσαις
ἤδη χαίρετε εἰς μέγα.

ἦλθεν νυκτὶ ἔπειτα ἡμᾶρ ἐτήσιον
ἡμῶν γυμνασίᾳ κλειστῆ ἸΟΥΔΙΟΥ

ὡς τοῖς ἀθλοῦ διδόνται
ἄνδρες ἄξια τῶν πονέων.

εὐρεὶ αἰζηῖ νυκτὶ ἐνὶ κρήμασι
μάστιξ ὅς φρενὶ ἰαίνων ταλασίφρονος

θυμῶ πολλὰ παῖδεν πρὶν
τέχνων ἔνομ' αἰοίδιμον.

εὐσεπὶ δίδοται τίτλ' ἰδέ κλέε
ἔφραυλω, ἄταρ ὅσκειν μελεδήμονος

ὄρμη ἔμμαπῆως νῆ
πέτμηκεν σοφίης φυθόν.

κείνος, φημι, κλέεσ' ἀλείον ἄξι
ὅς καλῶς ἔμαθεν ἔπ' Ἰοδαλειῆς

τέχνῳ ἀνδρομέεσ' ἔχῃ
εἰδῶσ' ἰαυμάσιον κῆσιν.

τυῶν νωλεμέως δὲ πολυφαρμάκων
ἀθλήων ἔμαθες δ' ὄξυρῶ φρενὶ

βίβλους καλὰ μεταλλῶν
τῶν μυσήερα ἀλγέων.

πρὶν ἔνεκεν κυδαλίμη ἰδέ
τῶ μιοδῶ μεγάλῳ ἀνδρες ἀλείπτεες

αἰδοῖ πρῶτα φέροντες
κωδείων τεφραδῶ ἔθεν.

τοῖ συγχαίρω ἐγὼ ἔκλεε Διῖ
ὦ ΓΟΥΝΘΗΡΕ λίλυ φίλτατε δελφικῶ

φοῖδῳ, εὐχόμερ' ἔσθ
κύδει παντῆα ὄλβια.

Gregorius à Neidden Francohusanus Helmsteti F.


- 35. Progr. in Fun. Ottiliae Steinmanni, Conr. Hornesii coniug. 1661.
- 36. Bodmereri phil. et theol. stud. 1663.
- 37. Sennardi progr. orationis — a Brunifelt maam. 1663.
- 38. progr. in Fun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
- 39. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.
- 40. — — — puellae Joh. Rinnersi. 1666.
- 41. — — — puellae Joh. Fr. Rinnersi. 1666.
- 42. — — — An. Eleon. Meieri. 1666.
- 43. Carmin. grat. ad Isenmannum. 1667.
- 44. Ode in raritatem. 1678.
- 45. Andr. Herm. Hellberg gratulantis Acad. Juliae prof. 1678.
- 46. Progr. Henrici Widchurpi. 1680.
- 47. Festu. nupt. Carp. Anoldi Sumbrecht. 1678.
- 48. Lat. ac debit. officium ad unicum. 1678.
- 49. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsorem et — sponsam. 1679.
- 50. Progr. in Fun. matris. Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1681.
- 51. Progr. Joh. Reupen. 1709.
- 52. Progr. in Fun. An. Cath. Rinerichiae, Hornesii coniug. 1649.
- 53. Progr. XII Nov. A 1693.
- 54. — in Fun. An. Soph. Schmerhenniae, Sibth. Theod. Meieri vi. 1702.
- 55. — Agnerae Krichner, Carp. Torber vi. 1712.
- 56. Abhandlungssatz abgesehen von Voigt.
- 57. Progr. in Fun. Hamburgi Sizi. 1714.
- 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
- 59. Progr. in Fun. Carolif phil. stud. 1757.
- 60. Memoria Toppii 1757.
- 61. — Sicili. 1758.
- 62. — Laur. Heideri. 1758.
- 63. De vita Frobesii. 1756.
- 64. Gratia panegyri. in diem nat. pini. Frederici V, Saxon et
Norwegici regis. 1759.
- 65. De des principitate. Progr. sac. Christi natal. die. 1762.
- 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —



Gh
1233

= Nonnulla derunt =

ULB Halle 3
001 920 952





1916.265

